Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36532
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

sensum feriunt. ingyro arietes ordinantur. Ponit ergo predi
cator arietes ingyro. dum caute denuntiat quam blande lu
xuria pereunt. quam aspere inpacientia occidit. quam labo
riose auaricia accendit. & interimit. quam timide superbia
extinguit. Ingyro itaq; arietes ponere est. predicando osten
dere. quia undiq; soleant animam mucrones uiciorum ferire.
Sequitur. Et tu sume tibi sartaginem ferream. et ponet eam
murum ferreum inter te & ciuitatem; quia ferrum forte metal
lum est. et in sartagine cibus frigitur. quid per sartaginem fer
ream. nisi spiritualis zeli fortis fruxura signatur. Omnis
quippe spiritualis zelus doctoris animum frigit. quia ual
de cruciatur. dum infirmos quosq; eterna deserere. & rebus te
poralibus delectari conspicit. Quam bene paulus sartagi
nem ferream sumpsit. cum zelo animarum cruciatus dice
bat. Quis infirmatur. & ego non infirmor. quis scandaliza
tur. & ego non uror. Ipsum suum cor quod animarum
zelo succenderat. quid aliud quam sartaginem fecerat.
In quo amore uirtutum. contra uicia ardebat. Quod enim
urebatur. sartago erat. Inardescebat enim & coquebat.
quia incendebatur amaritudine. sed uirtutum alimenta
preparabat ex sua afflicta cogitatione. Sed quid est quod
eandem sartaginem propheta inter se et ciuitatem mu
rum ferreum ponit. nisi quod isdem fortis zelus qui
nunc in mente doctoris agitur. in die extremi iudicii
inter eum & animam quam auicis zelatur testis est.
ut et si audire is qui docetur noluerit. doctor tamen
pro zelo quem exibet de auditoris negligentia reus non
sit. Murum ergo ferreum inter se et ciuitatem ponit.
quia in ultionis tempore inde doctor adampnationis
periculo munitur. unde nunc per helum custodie
cordis fruxuram patitur. Nullum quippe omnipoten
ti deo tale est sacrificium. quale est zelus animarum.
Hinc enim psalmista ait. Zelus domus tue comedit
me. Quantum uero fruxura cordis que per spirituale